



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Aduentus Principis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

quodam cum bibisset, phialam vini ex amicis porrexisse. illum phiala accepta ad aram versum, assurrexisse: ac cum hausisset, adorasse primum, deinde osculatum Alexandrum in conuiuio mox occupasse, *Plur. in Alex.*

Aduentus Domini.

¶ BIBLICI LOCI.

ADVENTUS Domini expectandus, *Matth. 24. 42. & 25. 13. & 26. 40. Marc. 13. 33. Luc. 12. 40. & 21. 34. Rom. 13. 12. Ephes. 6. 18. Coloss. 4. 11. Thess. 5. 6. 1. Pet. 4. 7. & 5. 8. Apoc. 3. 3. & 16. 15.* Aduentus Christi ad iudicium signa, *Mat. 24. 4. Mar. 13. 16. vt furis in nocte, Luc. 12. 39. 1. Thess. 5. 2. 2. Pet. 3. 10. Apocal. 3. 3. & 16. 15. qualis futurus sit, Luc. 17. 26. curiosa eius inquisitio damnatur. 1. Thess. 5. 1. vide Marc. 13. 32.*

¶ SENTENTIAE PATRVM.

Nulla causa veniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinae. Venit ergo de caelo magnus medicus, quia per totum vbi que iacebat aegrotus. Genus ergo humanum totum perierat, ex quo peccauit vnus, in quo totum erat, ideo venit vnus sine peccato, qui saluos omnes faceret sine peccato. Non enim eum de caelo ad terram merita nostra, sed peccata traxerunt. *August. super Iohan. & in gloss. 1. Tim. 5.*

Cornu ecclesiae tunc mirabiliter se extulit, cum Dei filius per assumptionem humanitatem naturae nostrae participem se fecit. Iam mundi redemptorem venientem recepimus, per cuius gratiam non solum recte possumus viuere, sed & ad Paradisi gaudia transire, quia ille iam pro nobis mortuus resurrexit, in cuius morte mors obit, & Paradisi se eius fidelibus referauit. *Greg. in 1. Reg. c. 2.*

Christus factus est ignominia hominis & nullificamen populi: quatenus ita voluit, vt luore eius sanaremur, vt dedecore eius salus nostra constaret. Et merito se pro suo homine deposuit, pro imagine & similitudine sua, non aliena. *Tert. h. 4. adu. Mar.*

Christus venit vt imaginem suam diaboli arte fucata in homine & per lignum praeparationis morte damnata, per passionem crucis & mortem, ad pristinam reuocaret pulchritudinem. *Origenes hom. in pr. Gen.*

Hoc tempus non sine causa Domini aduentus vocatur: ideo enim sancti patres celebrare ceperunt aduentum, vt se vnusquisque praepararet fidelis & emenderet, vt digne Dei filii natiuitatem valeat celebrare. *Ambr. super Lucam.*

Ille iustus venit ad nos peccatores, vt ex peccatoribus faceret iustos, pius venit ad impios, vt nos pios, humilis venit ad superbos, vt ex superbis faceret humiles. *Ambr. ibidem.*

Signum aduentus dominici est in toto orbe euangelium praedicari, vt nullus sit excusabilis, quod aut iam completum est, aut in breui credo complendum, non enim puto aliquam remansisse gentem, quae Christi nomen ignoret. *Hier. super Matth.*

Dignum est fratres vt tota deuotione Domini celebremus aduentum delectati tanta consolatione, stupafacti tanta dignatione, inflammati tanta dilectione, non solum cogitemus aduentum quod venit, & quare, quia saluum faceret quod perierat, sed & illum nihilominus quo venit, & assumet nos ad seipsum, vt circa hos duos aduentus iungi meditatione versetur, ruminantes in cordibus nostris quantum in priore praestiterit, quantum promiserit in secundo. *Ber. in ser. de aduen.*

Venio vt errantes corrigam, & infirmantes adiuuem, & dubitantes in fide confirmem, & bene agentium fructibus perfectis quasi suauissimis pascam, & certantes ab hostium defendam insidiis, & victores hostium, perpetuae visionis meae coronam munerem. *Ber. super Cant. lib. 3.*

Vide Christus. Item, Christi natiuitas, & Resurrectio.

Aduentus Principis.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De aduentu Principis, Dial. CXVI.

Francisc. Petrarch.

G A V D.

PRINCIPIS aduentum spero. R. Vt multa timentur quae optanda, sic multa sperantur quae vitanda sunt: Vtramque in partem penuria iudicii multa est. G. Spero principis aduentum. R. Quanto sperare honestius libertatem? Nam profecto qui dominum sperat, seruitutem sperat. G. Spero principem venturum. R. Et illius commune omnium malum speras. Fuit enim quando & principes imperium, & principem populi poterant sperare. Nunc imperium principi labor est, princeps populi pernicius. G. Principem

venturum ego & reipublica speramus. R. A ut vobis sperare speres videris, in quo ipso facile falli potes. spes haec recipi stultitia. Quis enim nisi iam speret, aut cupiat, quod pestiferum toties expertus. G. Spero principem venturum. R. Et secum simul moterum varios, mutationes vrbium, noxias nouitates, famam, pestem, bella, discordias, haec vel vniterfa, vel singula moderis principibus venire suat solita. Si haec placent, Principem sperare horum formidabile sit, ipsum certe inane iam imperii nomen plenum fame & rumorum. Boni autem omnis effectum & solimbram vetustatis innoxium. G. Spero venturum principem. R. Te vero monitum velim, vt quoties aduentantem audieris, credat tibi aliquid praebulum fulminis audire, nec sperare incipere, sed timere potius, si etiam alterum labi oportet. Timere enim uerfa, & si contrarium sit virtuti, contentaneum est naturae. Spero autem mala, & natura est oppositum, & virtuti. G. Spero mox principem affuturum. R. Cum praesentem videris, scitote infausti Reipub. lydis aspiciere, vel memoriam ipse tuam, vel parentes interrogas, tuosque auos & proaousia esse reperies, vt dico, idque talis & nepotibus tuis annuntia, ne ipsi quoque aduentum principis stulti sperent. Dicenim quae, quando vnquam vel minuta leca aduentum ferat, vel affuturam aquilam auiculae sperauerint, ceat verum loqui, stultissimum, & mali sui semper audistimum animal est homo, ceteris capiendis eica opus est, homo solis famibilibi capitur.

Vide Princeps, Rex, Tyrannus.

Aduerfitas.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOLOG.

ADVERSITAS idem quod calamitas, quae Graece *εὐχρησία*, dicitur, dicitur *δυστυχία*, dicitur, vel *δυστυχία*, ut, infortium & molestia.

Aduerfitas est passio, vel aegritudo laboriosa egestas, vel aritus mali, vel damni accidentis, vel illati, simulque accepti. Cicero Tuscul. Quae est in dictione zrumna. D. August. in lib. Confessionum.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. *1. Cor. 12.*

Beatus, qui corripitur a Domino. *Iob. 5.*
Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. *Eccles. 7. 7.*

Tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem probatio vero spem, spes autem non confundit. *Rom. 5.*

Et omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali autem homines, & seductores proficiunt in peccatis, & in errore mittentes. *Paul. 2. ad Timoth. 3.*

Filii, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, ab eo arqueris, quem enim diligit Dominus, castigat. Flagellat eum omnem filium, quem recipit. In disciplina perseverate, ita ut filii vobis offerat se Deus, Quis enim filium, quem non corripit? *Hebr. 12. 2. 6. 7.*

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum. *Act. 14.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Nemo frangitur aduersorum molestia, qui prosperorum dectatione non capitur. *Aug. de Verbis Domini, lib. 2.*

Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, vt queratur felicitas, cuius dulcedo non est fallax. *Aug. super Mat. serm. 18.*

Noli admirari frater, si postquam Christianus effectus es, Multa vndeque tribulationes vexant. Quoniam Christus nostrae religio caput est, nosque eius membra sumus. Debemus ergo non solum eum, sed eius vitam cumulatissime sequi: vita enim Christi etiam fuit angustis plurimis: summa paupertate circumdata, a Sacerdotibus & Phariseis derisus, tandem propter nos peccatores morti turpiter traditus est. Vnde coniectura est, quum te Deus immensis persecutionibus corripit, te in electorum tuorum numero deputat. Nam sine huiusmodi tribulationibus nequaquam ad Deum venire possumus. Omnes enim, qui ad Paradisum redire desiderant, oportet transire per ignem & aquam; siue fuerit Petrus Apostolus, cui datae sunt clauis regni caelorum, siue Paulus vas electionis, siue Ioannes, cui reuelata sunt secreta caelestia: necesse est, vt omnes eunt. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum. *Aug. in serm. ad Lippium.*

Intelligat homo medicum esse Deum, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non poenam ad damnationem. Sub medicamento positus vris, secaris, clauas, non audit medicus ad lunatam, sed ad sanitatem. *Aug. super Psal. 21.*

In fo